

EPYSTOLE

prium ac nativū Confessionis Augustanæ, primæ illius, minimèq; varia
tæ decorē sædè conspurcare: partim
mutatā illam & Calviniano dogma-
ti tutum latibulū præbentem Confes-
sionem: primæ illi modis omnib.
si non præferre: certè æquiparare co-
natur. Et id quidē cum in finē, ut sub
honorifico Confessionis Augustanæ
nomine latitare: & sub cius umbrâ
externum quoddam atque publicum
cum bonum & ipse, & socij auchi-
pari queant: licet animo & sen-
tentijs, à primæ Confessionis Augu-
stanæ (quæ sola nostra est) paritate
in infinitis parasangis dissideant.

Et sane, ut Calviniani, publice
pacis in Imperio beneficio, legitime
tamen prius impetrato, fruantur, per
nos illis æquè ac Iudæis licet: cù spex-
fore, ut progressu temporis, si non o-
mnes, aliqui tamē ex ipsis convertas-
tur. Nam usque adeò alienū à nobis
est, ut ipsorum Ecclesias simpliciter da-
minemus, vel ipsorum vitā, bona, for-
tunas, Pontificiarū, aliorū mvc Tyrā-
norū furorib, ac crudelitati objicia-
mus